

Mythologia, Francfort, 1581 - X [34] : De Penatibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[34\] : De Penatibus](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 02 : De Penatibus](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[34\] : Des Dieux Penates](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[34\] : Des Dieux Penates](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - X [34] : De Penatibus, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 15/01/2026 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6091>

Copier

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Format in-8

Langue(s) Latin

Pagination p. 1041-1042

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Pénates](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

bonitatem imbris non egeret. Ibi erat suauissimum tantum auicularū genus, quæ dulces concentus musicæ symphonie non dissimiles passim per totum anni tempus exercebant. ibi cantilenæ erant mirificæ suauitatis, chorosq; ducebant virgines cum pueris pulcherrimæ, quibus accinebant cum musicis instrumentis peritissimi cantores. Epulæ ibi nascebantur saluberrimæ, nulla sentiebatur ibi senectus, nulla ægritudo, nulla mentis perturbatio. non auri, non diuitiarum cupiditas, non honorum animos beatarum animarum infestabat: omnes priuatam vitam rebus necessariis contentam vel maximis imperiis anteferebant existimabant. Hic unusquisq; iisdem studiis exercebatur, quæ viuenti gratissima extitissent.

De Lethæ flumine.

Enimuero quia putabāt antiqui philosophi animas hominum esse immortales ac sempiternas, quæ fuit Pythagoræ opinio, & aliorum quorūdam, has crediderunt pro singulorum meritis, & pro rebus in priore vita gestis semper in noua corpora denuo transmitti: atque hoc ipsum ad inferos mitti esse putabant, in noua corpora redire. At enim non facile adduci poterant animæ, quæ graues molestias & misérias humanas semel expertæ fuerant, ut rursus in hæc corpora redirent, nisi aliquam rationem excogitassent, qua fierent omnium priorum incommodorū immemores: ideo Lethen fluium ea aqua fluere dixerunt, ut semel epota rerum omnium memoriam omnino obliteraret. Sed enim fluius ille ubi sit, dubitari posset, quoniam alij apud inferos esse dixerunt, cum Pythagoras tamen è cœlo descendere animas existimauerit. ego sane censeo in circulo Lunæ fuisse Lethen collocatam, cum satis aptæ obliuioni vires eius appareāt. quippe cum Cancrum cœleste signum portam putauerint per quam animæ hominum ascendant, ac descendant, cum per Capricornum istud ipsum à Diis fieri creditum sit.

De Penatibus.

Vt autem manifestum fieret omnibus, nihil esse quod diuina providentia non gubernetur, nostraque omnia semper diuino consilio protegi, cum Dei præsentia nullo in loco carere possimus, non solum Lucinam parturientibus mulieribus statim adesse sinxerunt, quæ illas à doloribus solueret, sed statim nati infantes proprios habere demones continuò crediti sunt.

quorum auxilio per totam vitam fruerentur. hæc opinio ab illa prisca antiquorum ad nostram usque ætate perduravit. nunc hos nuntios Dei nominant: physici verò Iovem, Junonem, Minervam, Vestam hos esse dixerunt, vires elementorum scilicet, cum illis nati continuo persuamur: atque hos Deos æthera medium, æra inum, & terram, & summam ætheris partem, quæ vis est diuinæ intelligentiæ, quam Minervam nominant. Hæc enim nomina domorum priuatarum, & singulorum in eis habitantium, & vniuersarum ciuitatum curam habere putabantur. Alij Apollinem ac Neptunum Penates solos putantes in idem reciderunt: calorem, tanquam principium à quo fieret opus naturæ, & humorem ex quo fieret, principia ponentes. atque eadem de Laribus dicta sint.

De Genio.

Creditus autem fuit Genius daemon, non quidem is, per quem viueremus, aut cuius auxilio vbique frueremur, sed is, qui nobis semper bona consilia suggereret, & quem haberemus in tota vita nostra consultorem. Sed cum multa alia quoque Genium proprium, ut plantæ, & animalia, quæ non egent consilio, habere dicantur: videtur probabilior illorum sententia qui occultam vim planetarum, quæ ad omnia hæc pertineret, Genium vocatam fuisse putarunt: quare omnia humana & cœlesti vi occultè gubernari, & nihil diuina virtute vacare tradiderunt.

De Pallade.

Ut verò demonstrarent antiqui non sola vi cœlesti mortaliū res gubernari, sed etiam prudentiæ hominum aliquid loci relictum esse, cum Deus diligentes & prudentes semper adiuet, tum sapientiam rem Deo gratissimam esse dixerunt, cum Deus magnopere diligit sapientem. ad hoc autem exptimendum illam Iouis filiam esse dixerunt sine matre, cum solus Deus verè sit sapiens, alij verò similitudine quadam. Ut pateret quanta vis esset sapientiæ, illam armatam natam esse sinxerunt, cum sapiens nullas neque fortunæ iniurias, neque humanam iniquitatem magni faciat, sed omnia cōsilio & patientia superet, omnemque suam spem in Deo collocarit. & quoniam initium sapientiæ est timor domini: hæc dixerunt antiqui profligauisse impios gigantes, qui neglecto Deorum immortalium cultu in Iovem insurgere conati sunt. omnis enim sapi-
entia